

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum  
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

**§. 8**

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

no, id quod patet ex Scripturæ locis tum antecedentibus cap. 9. 17. tum consequentibus. c. 20. 30. è quo tamen speciali mandato divino, nemo recte collegerit, eos, qui pro hereticis habentur, capitali suppicio afficiendos esse: quod vero modum attinet ipsum, quod Jehu simulaverit se Baali sacrificium facturum esse, de eo non omnium est eadem sententia; si præcepto & mandato DEI fecit, quicquid fecit, assumpto etiam secum Jonadabo, viro pio, & veri cultus lectatore strenuo, non potest ille afferri in exemplum ejus, qui religionem prudentum crassissimam confirmet, & sub prætextu religionis falso, einer falschen Verstellung/ ut habent verba autoris, exequatur necem Baalitarum. Si vero & in hoc negotio ut hominem à μοιδεῖον æstimis, qui peccatis Jeroboami adhaerit, ipse quidem modus non probabitur, licet res ipsa divino iustu facta sit. Certè b. noster Brentzius comment in h.l. cum f. 1022. dixisset, Jehu hoc fecisse dolose & infidiose, alid tamen respiciens f. 1023. scripsit, *Jehu mandato domini fecit, quicquid fecit.* Alias b. Augustinum hoc Jehu factum existimasse mendacium esse & improbandum, refert b. noster Dn. D. Dannhavv. Theol. Conscient. T.1. part.2. Sect.3. dial.3. art.3. quæst.8. p.651. sqq.

## §. 8.

Non diffitemur autem quod multi prudentes tales, quales sunt hujus religionis, vel potius opinionis homines, ex principio hoc pro diversitate status, diversas religiones excogitaverint, quod vero in genere ait. p. 17. Es haben es viel dahin aufzeg<sup>(3.)</sup>  
*Effectus*  
*vel conse-*  
*quens.*

legt/ das/ weil nemlich mancherley Republiken sind/ und dieselbe unterschiedliche Staats- Absichten haben/ auch hierdurch eine jede Republic, nachdem es ihr Staat erfordert/ eine Religion ersonnen/ hoc inquam nonnullorum judicium falsum esse putamus, sit licet una alterave Respublica, regio vel regnum, quæ id fecerint, non tamen dicendum, quod omnes & singulæ id fecerint, ein jede Republic. Quis enim tam insolens & temerarius futurus sit, qui afferere ausit, singulas respublicas, ein jede Republic, id egisse, ut juxta rationem Status & religionem prudentum crassissimam, religionem statui suo accommodaret; quisquis sit, qui hoc pronunciet, pœnas credo luet, judicii